

turaliter enim se inuicem expellunt ab eodem subiecto. Item intelligentius est Averroës naturaliter: imò dicit Arist. 9. Metaph. & hic cap. 13. quòd idem homo possit simul tristari, & gaudere, ponitque exemplum: homo videns amicum tristem latatur, & tristatur; latatur, quia videt amicum, & tristatur, quia videt eum tristem; ita, ceteris paribus, idem subiectum habens albedinem, & nigredinem, erit & album & nigrum; album, quia habet albedinem, nigrum, quia habet nigredinem.

*Propositus
alium argu-
mentum.*

Rsp.

Ex quo patet etiam responsio ad illud argumentum: Si duo contraria essent in eodem subiecto, subiectum denominaretur calidum, & frigidum, album, & nigrum.

Respondeo non esse implicantiam, quia sic denominaretur secundum diuersas formas, & certè qui admittit contraria posse esse in esse remissio in eodem subiecto, similiter nobiscum debent respondere: dicit tamen Petrus Niger subiectum non denominari à formis infra medietatem graduum, quia tunc illæ formæ non actuant completere; sed hoc dictum est voluntarium, & sine fundamento; nam est in subiecto nihil sit frigoris, sit verò calor ut tria, nunquid denominabit calidum? hoc certè negari non potest, & tamen ille calor non actuat completere. Imò est nullum, alioquin accidens denominaret subiectum, nisi esset in esse intensissimo, quia illud tantum esse est completum, at videmus, qui mediocriter calleat aliquam scientiam, denominari tamen talen scientem. Deinde sicut se habet maximum ad maximum, ita minimum ad minimum, sed qualitas in esse intensò denominat suum subiectum intense, ergo qualitas in esse remissio denominabit suum subiectum remissè, sicque nulla est responsio Petri Nigri.

Ex quibus omnibus tres satie celebres difficultates abunde discussa, atque determinata manent, videlicet primo, quòd plures formæ substantiales etiam ultimata possint eandem numero materiam informare, & plures numero materie vñà informari formæ substantiales; Secundo, quòd plura accidentia solo numero distincta eidem possint inesse subiecto, & vnum in pluribus subiectis: Tertio, quòd plura sola specie differentiatione, vt sunt contraria qualitates, simul stare possint subiectis, tria enim hac diuinis fieri posse ostendimus, rationesque in contrarium diluimus.

Partitio VI.

De Natura.

Quædam in hac materia certa sunt, quedam verò in controvrsiam reuocata, quæ certa sunt, absque ullo examine præmittimus.

Certum itaque sit primò naturæ nomen plurius modis sumi, Primo pro ipso Deo, dicunturque *Natura naturæ*, seu univerſalis; Secundo, pro natura, & quidditate ipsius rei, siue fuerit ens, siue non ens, quo paret dicimus. Ens ratione esse talis, vel talis naturæ: priuationem esse talis naturæ, & huiusmodi: Tertio, pro toto ordine rerum creaturarum à Deo in principio ordinatarum: vnde ea, quæ accidentiū præter illum

*Num. 2.
Nomen na-
ture, & na-
turalis plu-
ribus sumu-
tur modis.*

ordinem dicuntur esse miracula, sunt enim supra naturam; Quarto, pro causis naturalibus, in quantum conformiter ad suam naturam agunt, & sic ignis dicuntur naturaliter ferri sursum, naturaliterque calefacere. Quinto, pro tota viuentero, quo sensu dicimus non dari vacuum in rerum natura. Sexto, pro debita temperie animalis, sic dicunt medici post Galenum, quòd natura sit opifex, medicus verò minister. Septimo, pro habitu acquisito, & sic dicimus consuetudinem esse alteram naturam. Octavo, pro generatione, & ortu rerum viuentium, à qua suppositione, teste D. Thomæ primâ parte quæst. 28. deriuatæ sunt omnes aliae suppositiones: dicunt enim propriè natura à nascitura, seu natuitate, natura inquam, quasi nascitura, & à natuitate rerum viuentium extenditur nomen naturæ ad quilibet productiones: denique summatur, prout est principium motus, & quietis, ut postea videbimus, & hac est Germana huius loci sumptio.

Certum est secundò naturæ quoque pluribus sumi modis, primo ut opponitur voluntario, sic dicimus manducare esse naturale homini, at verò bene studere esse voluntarium; Secundo, prout opponitur violento, & sic naturale est lapidi ferri deorsum, violentum verò ferri sursum. Tertio, prout opponitur illi, quod fit casu, & fortuito, sic naturale est homini nasci cum duobus pedibus, casuale verò, & fortuitum cum uno tantum nasci. Quartò, prout opponitur supernaturali, sic albedo est accidentis naturale hominis, fides verò, spes, & charitas sunt hominis accidentia supernaturalia. Quinto, pro eo, quod habet in se principium motus, & quietis, seu pro eo, quod habet in se iactum principium motus, & propensionem ad eum motum, quo ipsum mouetur: denique prout opponitur artificiali, si homo dicitur ens naturale, at domus ens artificiale, magis autem propria huius loci sumptio est illa penultima.

Certum est tertio, legitimam esse definitionem naturæ, prout hic sumitur, quæ dicitur ab Aristotele, *principium motus, & quietis eius in quo est primum, & per se, & non per accidens*, ex qua definitione satis pater, quomodo naturale debat definiri, dicitur enim *id, quod habet in se principium motus, & quietis primo, & per se, & non per accidens*. Quamvis autem illa natura definitio ab omnibus Physicis censetur legitimam, pro eius tamen maiori intelligentia, notanda sunt quedam, *primum est nomine principi, etiam comprehendendi nomen causæ*; nam natura non modo est principium motus, sed etiam causa, quia natura producit motum per verum influxum, ideoque verè dicitur causa motus.

Secundum est illas particulas, *motus, & quietis*, sumi posse coniunctivè, & etiam disiunctivè, ita ut sint res quadam naturales, quæ habent motum, & quietem, alia verò tantum motum, ut sunt cali pro hoc statu, id est ante diuinum.

Tertium, per quietem ibi non intelligi priuationem, seu cessationem motus, sed rei statibilitatem, & permanentiam in suo statu; & hoc modo quies est quid positivum, estque passio Physica.

*Quot modi
nomina na-
ture sumu-
tur?*

*Num. 2.4.
Propositus
& explica-
tur definitio
natura.*

Quædam.